



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XXXVII. De Capellis Monachorum Et Aliorum Religiosorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

## IN TIT. XXXVII. DE CAPELLIS MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

**R**eligiosa domus vel sunt principales, ut quæ Monasteria simpliciter dicuntur, vel accessoria, ut Capellæ & Prioratus Religiosorum, ab aliis principalibus dependentes, etiam in diversis diocæsiibus: qui tunc subsunt illi Episcopo, in cujus diocæsi sita sunt, quoad ea scilicet, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis. In reliquis autem particulari regulæ observationem, bonorumque temporalium administratio-

nem concernentibus, subsunt Abbati seu Præposito principalis domus sive Monasterii. Nam & in Capellis huiusmodi sive Prioratibus non minus observanda sunt instituta vitæ monasticæ, quam in ipsis principalibus Monasteriis: ideoque singuli Monachi singulis Prioratibus imponi non possunt, sed vel unus vel alter socius iis adjungendus est, c. penult. *¶* *ult. h. t. V. A.*

## TIT. XXXVIII. DE IVRE PATRONATVS.

## SUMMARI A.

1. *Ius patronatus quod hic intelligatur.*
2. *Quid sit.*

**V**tilitas hujus Tit. quanta sit, docet forensis usus, quo frequenter de jure patronatus contenditur. † Intelligimus autem hoc loco jus patronatus, non quod à jure civili proditum est, quale habet patronus in seruum à se manumissum, de quo extat Tit. in D. De jure patron. *¶* in Cod. De bonis liberis sed quod beneficio §§. Canonum illis tributum est, qui vel fundarunt, vel construxerunt, vel dotarunt Ecclesiam; sive ipsi, sive alii, à quibus causam habent, sicut ad cap. 3, *inf. eod.* latius dicitur.

Variè autem definitur jus patronatus, ut videre est apud Rochum de Curte in Repet. Eubr. hujus sit circa pr. verùm hanc definitionem communiter receptam tradit, quod jus patronatus sit jus honorificum, onerosum, & utile, alicui competens in Ecclesia, pro eo, quod de Diocæsani consensu

Ecclesiam fundavit, construxit, vel ipse dotavit, vel is, à quo causam habuit. Quæ definitio plerumque obscura est, cum non aperiatur, quale illud jus sit honorificum, onerosum, & utile. Ideò alia definitio mihi commodior visa est, videl. hæc, quod jus patronatus sit jus præsentandi Clericum ad Ecclesiam vel beneficium vacans; vel ut saltem Ecclesia, sive beneficium vacans absque patroni ad sensu sive auctoritate non conferatur. Etenim patroni jus in his tribus consistit, ut vel Clericum præsentet instituendum, ut in parochiis, & simplicioribus beneficiis; vel ut electioni interstitit; vel eam factam consensu suo comprobet, veluti in Prælaturis, uti latius explicabitur ad c. 23, *inf. eod.* Pio autem consilio à sacris Canonibus hoc jus introducum fuit, ut vel hac ratione Christiani, etiam laici, magis provocarentur ad benemerendum de religionis cultu. Panorm. ad c. 3 num. 8, *sup. De jud.* eoque etiam ad heredes patronorum, sive alios successores illud transire voluerunt, cap. 2, *h. tit. ¶* cap. 2, in Clement. *ead. cap. 3, ¶* c. 3, ubi latius *inf. eod.*

In Cap. 1. & 2. cap. Si verò ordinatio 12. cap. Eam te 22. & c. Cùm propter 27.

## SUMMARI A.

1. *Præsentatio à patrono intra quod tempus fieri debeat.*
2. *Ius patronatus transit ad heredes.*
3. *Non tantùm ad descendentes, sed & extraneos.*
4. *Etiã ad feminas.*
5. *An & heres ex certa re institutus succedat in hoc jure?*

6. *An transeat in heredem fideicommissarium?*
7. *Ius patronatus est individuum.*
8. *Patroni plures alternatim præsentare possunt. Vt suo turno.*
9. *Pluribus præsentantibus, præferri debet præsentatus à majori parte.*

Certi